

episcopo Leodiensi cum civitatibus et villis et populo suis  
 subditis de rebus ecclesie sue contendente multisque nobi-  
 libus et potentibus consanguineis episcopi sibi assistantibus  
 in exercitu congregatis <sup>et</sup> iuxta civitatem Leodiensem in castris  
 considentibus, ubi etiam pro parte episcopi affuit Carolus  
 rex Romanorum supradictus, quadam die commisso certame  
 mine omnes illi nobiles a facie populi ignobilis et respectu  
 virium adversi exercitus impotentis longa dante ingominosam  
 sue glorie maculam intulerunt, interfectis nonnullis tra-

1346 iul. 19.

stantibus in acie notabilis audacie viris, inter quos cecidit ibi-  
 dem nobilis de Valkenborch cum nonnullis suis satellitum mi-  
 litibus et de electis militibus Adolphi comitis de Monte quam-  
 plures preclari viri. Sed quia in rebus mundanis continua  
 vertitur mutatio brevi postmodum temporis intervallo par-

1347 iul. 21.

tebas dicti episcopi Leodiensis populi sibi rebellantis iterum  
 in acie congregatis victoria episcopo accedente de populo sibi rebel-  
 tante fuerunt multa milia interfecti.

Circa <sup>a)</sup> haec tempora duo filii Wilhelmi marchionis Juliacensis  
 in annis adhuc adolescentie constituti, quorundam de patria  
 consilio depravati nature postposita reverentia dictum mar-  
 chionem patrem suum repientes in vincula coniecerunt ipsum  
 per aliquot annos in arcta carceris custodia <sup>et</sup> detinentes.

<sup>a)</sup> Dux Juliacensis per  
 filios capitur in marg.  
 cod.

Et <sup>b)</sup> post modicum tempore cum Reynaldus dux Flevie re-  
 lictis duobus filiis decessisset, unius filius contra senitrem,

<sup>b)</sup> Dux Flevie capitur  
 per fratrem in marg.  
 cod.